



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

CCXXXVII. Werner, Abt des Michaelsklosters in Lüneburg, überweist auf Befehl Papst Urban's VI. das Patronat über die Katharinenkirche in der Neustadt Salzwedel und über den Altar Mattiä in derselben ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

CCXXXVI. Pfarrer Johann Swaef zu Mathe verkauft eine Zinshebung aus der Altstadt Salzwedel an einen Bürger daselbst, am 29. August 1379.

Wyklik sy alle den, de dessen bref seen edder horen lesen, dat ik her Johan Swaef, perner to plote, hebbe vorkoft vnnnd ghelaten vnnnd late vnnnd vorkope myt vulbord myner rechten erben, deme bescheydene manne Hanse van deme Have, borghere to Soltwedele, vnnnd synen rechten erben achte schillinge soltwedelsche penninge eweghes tynfes In ebelen mest-makers huse in der olden stat to soltwedele, de my gheerbet sint van myner muder, Sunder jengherleyge ansprake alle iare vrede famechlike vp to nemende. Tughe desser ding sint her Hinrik pertze vnnnd her Hinrik moyghele, priftere, vnnnd ander ghude lude. To einer bekantnyse hebbe ik myn Inghesegele hengen laten an dessen bref, de gheuen is na godes bord drutteynhundert Jare, In deme neghen vnnnd sevendeghesten Jare, In Sunte Johanns daghe, alle em syn houed ward af gellaghen.

Nach dem Originale des Salzwedeler Archives XXXIX, 4.

CCXXXVII. Werner, Abt des Michaelisklosters in Lüneburg, überweist auf Befehl Papst Urban's VI. das Patronat über die Katharinenkirche in der Neustadt Salzwedel und über den Altar Matthia in derselben Kirche dem Kloster zum heil. Geist vor Salzwedel, am 7. August 1380.

Vniuersis — Wernerus — Abbas monasterii sancti Michaelis in Luneborch — — — ad infra scripta Commissarius — caritatem —. Literas — Urbani — Pape sexti — pro parte prepositi et conuentus monasterii sancti Spiritus extra muros Soltwedel per prepositum soliti gubernari ordinis sancti Augustini — nobis presentatas cum ea qua decuit reuerentia recepimus in hec verba:

Urbanus, episcopus, seruus seruorum Dei, dilecto filio Abbati Monasterii sancti Michaelis in Luneborch — — salutem —. Sacre religionis, sub qua dilecti filii prepositus et conuentus monasterii sancti Spiritus extra muros Soltwedel per prepositum soliti gubernari ordinis sancti Augustini Verdenfis diocesis deuotum et cedula exhibent Domino famulatum, promeretur honestas, vt vôtis eorum illis presertim, per que predicti monasterii vtilitas procuratur, fauorabiliter annuamus. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte ipsorum prepositi et Conuentus peticio continebat, quod cum olim predictum Monasterium propter gerras et incendia ad tantam inopiam devenisset, quod persone inibi degentes sustentari nequibant, nec aliqua hospitalitas ibidem seruari poterat, Marchiones Brandenburgenses, qui tunc erant et quorum dominio temporali prefatum Monasterium erat situm, attendentes huiusmodi paupertatem dicti Monasterii pro animarum suarum salute jus patronatus parochialis ecclesie sancte Katherine in nouo opido Soltwedele dicte diocesis, cuius quidem ecclesie iidem Marchiones veri patroni existerant, Et quidam alii Cristi fideles veri patroni Altaris sancti Mathie, siti in eadem ecclesia, jus patronatus ipsius altaris ad eos pertinens, predicto

Monasterio liberaliter donauerunt quodque postmodum loci dyoceanus huiusmodi donaciones approbando Ecclesiam et Altare predicta, quorum fructus, redditus et prouentus sexaginta florenorum auri secundum conuentus estimacionem valorem annum ut asseritur non excedunt, ex iustis et rationabilibus causis Monasterio auctoritate ordinaria canonice vniuit et incorporauit, Et quod deinde predicti prepositus et Conuentus vigore vnionis et incorporacionis huiusmodi ecclesiam et Altare predicta fuerunt pacifice affecti illaque in proprios vsus per triginta annos et amplius tenuerunt et possederunt, prout tenent et possident pacifice et quiete; Quare pro parte ipsorum prepositi et Conuentus nobis fuit humiliter supplicatum, ut vniones et incorporaciones huiusmodi confirmare ex certa sciencia et omnem defectum si quis forsan interuenerit in eisdem supplere de speciali gracia dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicacionibus inclinati discrecioni tue, de qua specialem in domino fiduciam obtinemus, per apostolica scripta committimus et mandamus quatenus si vocatis qui fuerint evocandi tibi constiterit, quod prepositus et Conuentus predicti Ecclesiam et Altare prefata vigore huiusmodi vnionum et incorporacionum per Triginta annos possederunt, vt prefertur, vniones et incorporaciones easdem auctoritate apostolica confirmare procures, supplendo omnes defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem. Datum Rome apud sct. Petrum, VI Kal. Martii, pontificatus nostri anno secundo.

Quibus literis receptis et lectis pro parte ipsorum prepositi et Conuentus nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus postquam de nobis in ipsis literis iniunctis et commissis legitime essemus informati ad executionem eorum, que nobis in ipsis literis committuntur, procedere dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicacionibus merito annuentes, Quia literis authenticis Illustris Domine Agnetis, Ducisse Brunswicensis, quondam conthoralis Illustris principis Woldemari, Marchionis Brandeburgensis, principaliter et Illustrium Ottonis, Ducis Brunswicensis, Lodowici, Lodowici Romani et Ottonis, Marchionum Brandeburgensium, consequenter verorum patronorum ecclesie parochialis sancte Katherine in nouo opido Soltwedele, ius patronatus ipsius ecclesie Et Lamberti dicti Perseuale, Ghertrudis sororis ipsius et Thiderici dicti Portes, verorum patronorum Altaris sancti Matthie in ipsa ecclesia sancte Katherine siti, ipsorum veris sigillis sigillatis ius patronatus ipsius Altaris predicto Monasterio liberaliter donata didicimus, Quodque pie recordacionis Nicolaus et Daniel, Episcopi olim Verdenfes, huiusmodi iurium patronatus Ecclesie videlicet et Altaris donaciones ad ipsorum prepositi et Conuentus sustentacionem pie factas tanquam rationabiles auctoritate ordinaria approbauerunt et confirmauerunt — Et quod deinde — prepositus et Conuentus vigore donacionum iuris patronatus ac approbacionum et confirmacionum huiusmodi Ecclesiam et Altare — fuerunt pacifice affecti, illaque in proprios vsus per triginta annos et amplius tenuerunt et possederunt — Et per suos Canonicos reuerunt — prout de hiis per ydoneos testes annofos et sufficientes nobis est facta plena fides; — (Es folgt die sehr wortreiche Bestätigungsformel) — Datum et actum Luneborch — Anno — Millesimo CCC^o. octuagesimo, indictione terciã, Mensis Augusti die septima, hora vesperorum vel quasi, pontificatus — Urbani — Pape sexti anno tertio, presentibus honorabilibus et discretis viris Dominis Johanne Hozeringh Canonico ecclesie Bardewicensis, nec non Magistris Johanne de Bucken in Berghen Mindensis, et Hinrico Thuritze in Yerke Verdenfis dyoceanis ecclesiarum parochialium Rectoribus, testibus ad premissa vocatis specialiter et Rogatis. (Es folgt noch ein besonderer umständlicher Notariats-Vermerk.)